que mirabili dignatione potenter condidit incarnat(us) misericorditer reformauit.
mirabiliterq(ue) reparauit; & hoc e(st) q(uo)d sequit(ur). Que posuit p(ro)digia. opera sc(i)l(ice)t
sua. que ita iuxta litteram sunt facta quo(d) & ueritate(m) historie teneant. & mis
tice aliud innuant; p(ro)digia dicunt(ur). quasi porrodicia. eo q(uo)d porro. i(d est) longe
aliquid uentur(um) p(re)dicent. Que sub. opera posuit p(ro)digia. i(d est) mira & stupen
da mortalib(us) e(ss)e fecit. ac clamantib(us) angl(is) in ei(us) natiuitate. Gl(ori)a in excelsis
d(e)o. Auferens bella usq(ue) ad fine(m) terre. i(d est) p(er) uniuersu(m) orbe(m). Faciens scilicet
illa(m) generale(m) pace(m) que in ei(us) natiuitate p(er) xii. annos. ut ante. ut post imple
ta e(st). Siue etia(m) auferens bella. i(d est) conflict(us) uicior(um). & submouens impetus
malaru(m) cogitationu(m). Arcu(m) conteret. Vox e(st) elector(um). Arcu(m). i(d est) fraudes & in
sidias diaboli. siue latente(m) p(er)secutione(m). Arma. detecta(m) & manifesta(m) signi
ficat. Scuta uero. fortes & multiplices sententias philosophor(um). in quib(us)
confidunt. & quasi uere fidei doctorib(us). ad cultu(m) idolatrie defenden
du(m) opponunt. Sed omnes sillogistice eor(um) argumentationes igne sp(iritu)s s(an)c(t)i com
supte sunt. & ad nihilu(m) redacte. Vacate & uidete. Eos alloquitur qui ue
ram desiderant adipisci sapientia(m). Vacate inquit. i(d est) quiescite ab exteri
orib(us) actib(us). & a mundanis cupiditatib(us) & terrenis sollicitudinib(us). & ita
uacantes. i(d est) quiescentes. uidete. i(d est) intelligite. q(uonia)m ego sum d(eu)s. sapientia scilicet
uera. res uidelicet non parua. sed omnium maxima & summa. ideoq(ue) nec faci
le inueniri potest. Ergo si eam inuenire uolum(us). necesse est. ut a se
culi actib(us) quiescam(us). hinc & salomon ait; Qui minorat actu(m) p(er)
cipiet ea(m). Exaltabor in gentib(us). i(d est) credar ab eis d(eu)s e(ss)e.
Exaltabor in terra; Terra(m) uocat iudeos. terrena tantu(m) sectantes;
Exaltabor inquit in terra. i(d est) credar a iudeis uerus d(eu)s esse; D(omi)n(u)s uir
tutu(m). i(d est) celestiu(m) spirituu(m). Susceptor n(oste)r. Ip(s)e enim suscepit na
tura(m) n(ost)ram; D(eu)s iacob; D(eu)s omniu(m) fideliu(m) uitia supplantan
tiu(m); notandu(m) q(uo)d iuxta litteram hunc psalmu(m) de sennacherim